

**Acclamations Amicæ,**

Nuptiis Faustissimis,  
**VIRI GLARISSIMI,**  
 DN.

**SAMUELIS SCHELGUIGII,**

Philosophiæ & LL. AA. Magistri, Gymnasiq;

Thor. Profess. ac Con-Rect. Dignissimi;

*Itemq,*  
**VIRGINIS FLORENTISSIMÆ,**

**ANNÆ REGINÆ,**

VIRI Admodum Reverendi & Clarissimi,

Dn. SIMONIS WEISSII,

Ecclesiæ Orthodoxæ ad D. Mariæ, apud

Thorunenses Symmystæ vigilantissimi, Gymn.

item Professoris merentissimi,

**FILIAE CARISSIMÆ;**


V. Id. Septembr. A. M. DC. LXX.

PIE CELEARANDIS,

dicatæ à

**GYMN. PROFESSORIBUS,**

CETERISq; DOCENTIBUS.



THORUNII impressit JOH. COEPSELIUS, Gymn. Typ.

1670. 976.



Anna licet Thalami dives cum paupere passim  
In geminat, sapiens comprolet atq; DEVS;  
Cœlitis hi rursum memorant dispensia Leæli,  
Et celebrant vita conjugialis opes.  
Insipiens, sapiens sexus muliebris amores  
Concipit, & Paphia subdere colla studet.  
Sdepositisq; suis pro tempore Plato libellis,  
Matris Acidalia sudat in igne Sophus.  
Sollicitatq; Torum, & annis properantibus urget,  
Nec requiem votis ipsius Apollo facit.  
Rebus in adversis, ajunt, plus unica Conjur  
Fert opis, ac genitor cum genitrice ferat.  
Non potuit Pylades plus devincire sodalem,  
Quam sibi devincit fœmina fida virum.  
Est quivis animal mutabile semper amicus,  
Conjugis ast omni tempore durat amor.  
Una, ubi secretus torqueribit pectora mœror,  
Solamen Conjur auxiliuq; feret.  
Una, domus rutila Vulcani ubi lampade fumat,  
Vel nudo Conjur stetq; abeatq; Comes.  
Una, ubi fatalis jam vinxerit Atropos artus,  
Næ conjux ægrosq; manusq; siet!  
Non ienuo, pia si fuerit, Foramq; timere  
Docta siet, veluti pagina sacra jubet.  
Numinis unus amor facit, ut sit casta marita,  
Vt q; modesta sit, atq; obsequiosa Viro.  
Felices animæ, quævis tales Jova maritas  
Associat! Non est majus in orbe bonum.  
Felix SCHELGVIGIVS, meliori mente puella  
Quemjam dignatur cura paterna DEI.

Flos

Flōs ipse est evi, sed moribus anteit evum,  
Quos format genius, format ut erga parens.  
Ardeat, & totis Cypridis bibat ossibus ignes  
SAMVEL, & flammis gaudent ipse suis!  
Hoc etenim nostro quod Sponso dignior igni,  
Qui tot virtutum, quantus is, igne calet.  
Qui nostram illustrat doctrinæ luce cathedram:  
Quem Charis, & pleno Numine Phœbus amat.  
Hoc Collega vovet, SAMVELEM semper amantem  
REGINA affectu diligat usq[ue] pari!  
Hoc Collega vovet, de utroq[ue] deinde mariti  
Exemplum cupiant sumere Conjugio!

Cl. D. Sponso, Collegæ suo & Amico Carissimo scr.  
M. ERNESTVS RÖNIG / Gymn. Th. Rektor.

Nunc illa spondet una,  
Quam debuit Thoruna:  
Quam dat salutis auctor,  
Amantiumq[ue] fautor.

En! Sponse clare fata,  
Tibiq[ue] dedicata,  
Venere dormienti,  
Vix atq[ue] sentienti.

Quu non putabat illas  
Inflare Te favillas?  
Quu non amore tangi,  
Flammag[ue] mole frangi?

Prometheus fuisti,  
Impunis abstulisti,  
Ignes foco sacratos;  
Igitur nos excitatos.

Beatus inde fraudis  
Nobisq[ue] Sponsus audis:  
Beatus impetrasti,  
Quod certus hic amasti.

Felicior vix ullus  
Ac albus ille pullus,  
Quem sumis Oregato,  
Assabitur palato?

Sic bellulo tenellam  
Bellamq[ue] Virginellam  
Forsuna debuisse  
Vult, atq[ue] tradidisse.

Ne frigeant amores,  
Sunto Procul dolores;  
Sit candor usq[ue] verus,  
Ævius vesper serus.

Ita Clarissimi Dn. Sponsi, Collegæ honoratissimi  
nuptiis accinere voluit

JOACHIMVS FRISICH, Gymn Prof.  
Clarus

**C**larus Apollineis sub signis arte Magister.  
Pie ridum, Veneris castra subire parat.  
Insignes pietate Viros, rerumq; sacrarum  
Notitia celebres, est sibi natus avos.  
Protulit hunc nobis, ubi magnus Opitiūs ortus,  
Terra peregriniis fertilis ingeniis.  
Nec patrum aut patriæ clarissima nomina vitâ  
Dedecorans, libris sedulus incubuit.  
Leucoris est testis, qrosq; illa induxit honores,  
Præmia non docto non capienda viro.  
Inde ducem juvenum studiis postquam dedit urbs hæc,  
Spe non dejectam se videt esse suâ :  
Sed magis urgenti cupiens sibi jungere nodo,  
Gaudet, ei qvod jam digna puella datur.  
Unica(fic docuit me dulcis epistola amici)  
Nata sacerdotis nobilis atque pii.  
Illam exornatam virtutibus omnibus esse.  
Fœminei sexus, quis dubitare queat?  
Par geminum prorsus, sive intueare parentes,  
Dotibus aut miris conspicuos animos.  
His ego qvod primum nunc sum præstare rogatus  
Tam lætum officium, gratulor ipse mihi.  
Lætaborq; magis, qvæ concepturus in isto  
Carmine sum, faciet si rata vota Deus.  
Connubio jungat stabili vos arbiter orbis,  
Optataq; domum prole beare velit.  
Semper flamma recens, irruptaq; copula persit,  
Ultima vos primum solvat amore dics.  
Felices, sani, vivatis, honoribus aucti,  
Asq; opibus, vel qvæ sunt bona grata magis.  
Tandem annis saturi, dilectorumq; nepotum  
In gremiis animas reddat uterq; DÆo.

JOANNES MEIER U S, Gymnas.  
Thorun, vocatus Professor.

Spenz

**S**pōsam Thorunii quāris, Clarissime, Amicam:  
Annon hanc Cordi Patria Terra daret?  
Haud malē respondes, quin factō hoc ipse fateris.  
Nūtu Te pridem Cunctipotentis agi;  
Ipse DEus Celi ac Terra Fabricator & Autor  
Huc, illuc Homines ducit in orbe suos,  
Sedem cūm vita quæstueris hic, pie Sponse,  
Qui Con-Rectoris nomen & artis habes:  
Conditor è Sancto Costam quoq; Stemmate donas,  
Quæ Tibi onus suavi Cordus amore levet.  
En modo dextra, fides, Charissime, Virgo pudica  
Ad Nuptum dicit, Cor Tibi, Corpus erit.  
Vivite nunc lati, discordia cedat amori,  
Sint sine nube dies, sit sine labe fides.  
Comprecor ut Thalamus sit felix, utq; celebrans  
Ore DEum Soboles pullulet inde pia.

GEORGIVS. PRÆTORIUS, Nove  
Civitatis Sch. Moder.

**C**Ælitus ostensam Tibi, Vir Clarissime, Sponsam,  
Amabilem Puellulam,  
Corporis ac animi nimirum dotibus auctam,  
In Conjugem nunc accipe;  
Accipe laudato ritu: fac cuncta, Maritus  
Præstare quæ solet pius.  
Sic tibi Conjugium felix erit: Omnia Nuptæ  
Tibi que cedent prosperè.  
Qvod precor, ut fiat, sincero Corde. Supremus  
Exaudiat Preces meas

Fiat, fiat!

Gratulabundus accinebat.

MICHAEL Bap; ihu/ Cantor, Vet. Oppid.  
Bzyad

**R**azdy bacyny na tey to ma przedstawać rādzie:  
**R**ta nierowne bydletā járzma nich nie kladzie/  
Jesli sobie nierowne / nierowna robota/  
Bowelim w jednym celniejsia / niżli w drugim / cnotą/  
Owo ledwie od cieslię prace nie omdlewa/  
To leniwie pochodząc jeno zas poziewa.  
**R**ta což sie to przytacza? nauka z tad tobie.  
Rownego zawsze sukay przeyścielię sobie:  
Poymies nadber bogata / już wolność stracona/  
Nie żenie ty roszazuy / ale tobie żoną/  
Mowiac : ja cie nedzazuu z nedze wybawila/  
Dla czego bede toba jak ostem robiła.  
Rowny z równym spółkuje / podobny z podobnym/  
Kichley się zły z nie cnota z braci / a niż z dobrym.  
A tak Eny Oblubience ; a zasi nie zwronią  
Rorone cnoty / dostatki / z Hannusientka twoja?  
Rownys jey w zgledem rodu / niemnicy ona tobie  
Bog day! byście y w zgodzie równi byli sobie.

JOHANNES SILENTIARIUS, Cant. Pol.

**V**estris dum radix profert pia vota Lyceum;  
Hinc merito atque lubens adjicio į meum.  
Qui vos conjunxit, casti qui flammulam amoris  
Accendit, vobis semper adesse velit.  
Pax cingat thalamum: stabilis concordia mentes  
Occupet, ut concors sit sine lite torus,  
Mens tandem quodcumq; potest optare precando,  
Galitus id lecto compreco omne Pari.

GEORGIVS LEHMANNVS, Gym. Col.

Nil

Nil sub Sole novi, nam fuit antea,  
Qvod sit: ceu Salomon intrepide asserit.  
Monstrorum domitor strenuus Hercules  
Ornatam niveâ veste viraginem.  
Cui virtutis erat nomen, amabilem  
Reginam in bivio stans habitam obviam  
Adjunxisse; eternam fibi dicitur.  
Mutatis eadem fabula denuo  
Personis agitur: contumacini  
Æqui propitio lumine judices,  
Par, qvod consociat dextera Maximi.  
Illinc conspicuus nobilis hostium  
Musarum domitor, fortis ad omnia:  
Hinc spectabilis, & nomine splendida  
Virgo Albania quam spem facit omne,  
Qvod cognomini inest, Lætitiae puta;  
Hanc verò esse DEus perpetuam finat.  
Signum insigne alias integratice est  
Album, & vel minimi criminis insciæ  
Vitæ. scilicet Hæc gestat imaginem  
Virtutis. Resonet: Plaudite! Plaudite!

DAVID PALENUS, S. S. Th. St.  
Gym. h. t. Coll.

Quæ Tibi Sponse feram, Vix munera digna supersunt:  
Atiamen ista puto, quæ fero, grata fore.  
Dei Numen cœlestis Tibi, cum compare Sponsa,  
Vivere Nestores, & sine felle dies.

Precatur

FRANCISCVS SARTORIVS,  
Transyl. h. t. Coll.

Quendo

**Q**uando sibi juvenis Thalamum SCHELGIVS adornas,  
Hos ausus cælo complacuisse scio.  
Apprecor, ut Thalamo nunquam sua gaudia defint,  
Gaudia conjugibus, quæ parit alius amor.

10.932  
**PAUL. BRAMIUS, Gr. Transl.**  
**Gymn. Coll.**

---

**C**armina dent radis, dent Plausus, Sponse, Poëta,  
Quos tibi jam passim concinuisse juvat.  
Vt tamen & pietas professo assurgat amori,  
Ho: precor, ut concors sit tibi conjugium.

**Paulus Helwigius, Cruc: Transf.**  
**Gymn. Coll.**



HERMANNICUS ZAKOPIENSIS  
1770